Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0002-4

D. D.

Diſputatio extraordinaria

De

# INVENTA-
# RII CONFE-
# ctione

QVAM

*Permiſſu & auctoritate Nobiliſſimi Graviſſimiq; JCC. Collegii in celeberrimâ Academiâ Tubingenſi*

SUB PRÆSIDIO

## HEINRICI FREDERI Dantiſcani

*Suis Nobiliſſimis atque Præſtantiſſimis Dnn. Collegis*

die XX. Decemb. horis conſuetis *examinandam proponit*

Heinricus Schloßberger Eſslingenſis.

---

*Sen. de tranq. an. cap. 3.*

Vt quidam ſole, & exercitatione, & curâ corporis diem ducunt, athletisque utiliſſimum eſt, lacertos ſuos, roburque cui ſe uni dicaverunt, majore temporis parte nutrire: ita nobis, animum ad rerum civilium certamen parantibus, in opere eſſe longè pulcherrimum eſt.

*TUBINGÆ,*
Exſcribebat Philibertus Brunnius.
Anno M DC XXVI.

491.
16.
1626
34
16.
4

*Nobil. & Ampliſsimis Viris,*

Dn. SEBASTIANO-ANTONIO NEITHARDO, ab & in Bauſtetten, inclytæ Reip. Ulmenſis Senatori primario:

Dn. ANDREÆ BURCHARDO JC. & Sereniſſ. Ducis Wurtembergici Conſiliario intimo.

*NEC NON*

*Viro Prudentiſſ. Virtute atque Eruditione Spectatiſſimo,*

Dn. JOHANNI-MARTINO EISENGREIN, Eiuſdem Ser^mi. Principis Eſslingæ reditus Bebenhuſani Quæſtori rationario.

*Dnn. Sororiis, Patronis & Fautoribus ſuis omni honoris cultu æternùm proſequendis*

*Exercitium hocce Juridicum in teſtimonium debitæ obſervantiæ, & ulteriorem ſui commendationem, inſcribit & offert, Simulq; feliciſſimum novi anni auſpicium precatur*

Heinricus Schloßberger.

# I. N. D. N. J. C.

# De INVENTARII confectione

## THESIS I.

INVENTARIUM ab inveniendo dicitur, quòd in eo rerum relictarum deſcriptio inveniatur, ut quot, quantæ, quales, & ubi ſint, conſtare poſſit. *Obrecht. diſput. 20. de hæred. inſt. θ. 516. Fac. l. fin. verſ. ſin autem. C. arbitr. tut. l. fin. §. licentia. 10. C. de Iure deliber. l. ſi quis 7. verſ. & plena C. de bon. proſcript. l. fin. ibi, quantumq́; vel quale videatur C. de bon. vacant. lib. 10. l. cum plures. 15. verſ. ego puto. ff. de reb. auct. iud. poſſ.* Vocaturq́ue alio nomine repertorium *l. tutor. 7. in pr. ff. de admin. tut.*

2. Neque tamen uniuſmodi eſt. Sunt enim inventaria, quæ nihil ſolennitatis requirunt, præterquam ut bonâ fide ab his, qui bonorum alienorum adminiſtrationem habent, publicè conficiantur. *Hillig. in D. E. lib. 7. c. 3. lit. e.* Quales ſunt tutores & curatores. *d. l. tutor. 7. ff. de admin. tut. l. tutores. 24. C. eod. l. 1. §. officio. 3. ff. de tut. & rat. diſtrah. d. l. fin. C. arbitr. tut. l. de creationibus. 27. C. de Epiſ. aud. l. ult. §. at ſi quidem. 5. in*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0005-0

3 n. & §. ſin autem. 6. verſ. ipſo autem. & §. tali itaque 7. verſ. & cum alia. C. de curat. furioſ. Nov. 94. in fin. etiam ventri dati l. 1. §. curatore. 26. ff. de ventr. in poſſ. mitt. vel hæreditati jacenti l. 1. in fin. ff. de cur. bon. dand. Gail. 2. obſ. 130. n. 5. non tamen ad litem tantùm conſtituti arg. l. ad protegendam. 3. C. de in lit. dand. tut. vel. curat. & l. hoc iure. 86. ff. de ſolut. idq́ue in Camerâ obſervari tradit Gail. 2. obſ. 108. n. 12. orphanotrophi l. orphanotrophi. 32. C. de Epiſc. & Cler. Nov. 131. c. ult. patroni fiſci l. ſi quando. 3. & d. l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. d. l. 7. C. de bon. proſcr. executores ultimarum voluntatum arg. l. ult. §. ſin autem. 1. C. de bon. auth. iud. poſſ. uſufructuarii omnium bonorum l. 1. §. rectè. 4. ff. uſufr. quemad. cav. Gail. 2. obſ. 144. n. 16. creditores in bonis debitorum d. l. cum plures. 15. ff. de reb. auth. iud poſſ. Epiſcopi & Prælati in bonis Eccleſiæ c. de Syracuſana 13. verſ. qua de re 28. diſt. c. manifeſta 20. & c. ſeq. cauſ. 12. q. 1. l. nulli. 28. § cum autem. 2. C. de Epiſc. & Cler. locator in rebus abſentis conductoris l. cum domini. 56. ff. locati.

3. Sunt etiam, quæ majore accuratione indigent, certis & jure definitis ſolennitatibus perficienda; quale eſt inventarium hæredis, de quo in l. fin. C. de iure delib. & Nov. 1. c. 2. quodq́; præſenti diſputationi materiam ſuppeditabit.

4. Eſt verò Inventarium hoc Inſtrumentum publicum arg. l. 2. pr. ff. teſtam. quemad. aper. l. fin. §. ſin autem. 2. ibi, ſub præſentia tabulariorum. C. de Iur. delib. iunct. l. tutores 24. pr. ibi publicarum perſonarum. C. de admin. tut. l. 3. C. de tabular. lib. 10. Et fac. iura th. præced. allegata. ſolennem vid. inf. theſ. 29. & ſeqq. rerum hæreditariarum deſcriptionem continens Nov. 1. c. 2. § 1. verſ. tunc enim licentia, ibi, facere deſcriptionem d. l. fin. §. 2. C. de iur. delib.

5. Hæredis igitur eſt conficere inventarium. d. §. 2. verſ omni tamen modo C. de iur. delib. Nov. 1. c. 2. §. 1. cujuſcunq; ſit conditionis d. Nov. 1. c. 4. §. 2. §. extraneu. 5. verſ. ſed noſtra de hær. qual. & differ. ſive maſculus ſive fœmina d. c. 4. in fin. iunct. l. hominis. 152. ff. de R. I. ſive ex teſtamento ſive ab inteſtato, ſive ex aſſe ſive ex parte ſuccedat l. fin. §. 1. C. d. t.

6. Secus eſt in pupillis, minoribus, furioſis &c. propter imperfectum eorum judicium, cujus defectum tutores vel curatores ſupplent. *arg. Nov. 1. c. 2. §. 1. ibi, aut quoſdam pro eu agentes, ſi fortè perſonarum natura, aut qualitas aut ætas &c. Obrecht. diſp. 20. θ. 524* Procuratores quoq; pro aliis perſonis dignitate, adverſâ valetudine, vel neceſſitate aliâ impeditis intervenire poſſe probabile videtur *per modò alleg. text. ibi, aut dignitas aut qualibet neceſſitas.* multò magis ſi res hæreditariæ aliis in locis ſitæ fuerint *l. fin. §. 3. in fin. C. de iur. delib.*

7. Non autem fiduciarium hæredem, ſive eum, qui alteri hæreditatem reſtituere rogatus eſt. *l. Seius Saturninus 46. ubi Goth. lit. S ff. ad SC. Treb.* ab inventarii confectione liberum putamus: tum quòd hæres ſemper manet *§. reſtituta 3. I. de fideicom. hæred. l. ex facto. 43. §. ult. verſ. qui in fraudem ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* ac etiam poſt reſtitutionem dodrantis omnimodò pro quadrante tenetur *§. ſed quia 7. verſ. pro rata & §. ſeq. verſ. altero vero I. de fideicom. hæred.* eâdemque malignitatis ſuſpicionem ſubit *Nov. 1. c. 2. pr.* tùm quòd ad rationes reddendas obligatur *l. mulier. 22. §. ſed n. 3. ff. ad SC. Treb. l. cum tale. 72 §. quid ergò 3. ff. de condit. & dem.* quas vix ſine inventario exhibere poteſt *l. 1. §. officio 3. ff. de tut. & rat. diſtr.* tùm quod ad quartæ deductionem *d. §. ſed quia 7. verſ. ut tunc. I. de fideicom. hæred.* relictarum facultatum modum ſciri neceſſum eſt.

8. Illa tamen non caret ratione diſtinctio, indigitata à *Bacch. ad Tr. p. 2. diſp. 12. th. 9. lit. a. pag. 743. inf.* utrum purè, an ſub conditione vel ex die reſtituere quis rogatus ſit, ut nimirum illo caſu (quòd tamen magis iniquum videtur *Vigl. Zvich. in §. extraneus. 5. n. 8. I. de hær. qual.*) hæres præſumatur ideò omiſiſſe Inventarium, quod ſtatim hæreditatem reſtituendam eſſe ſciret, adeoque ad fideicommiſarium potius onus illud pertinere exiſtimaret: idque tùm præcipuè procedere putamus, ſi ipſemet res hæreditarias non attigerit, ſed fideicommiſſarium poſſidere paſſus ſit, aut verbis in continenti voluntatem declaraverit. *l. reſtituta. 37. ff. ad SC. Trebell.*

9. Idem affirmamus de fideicommiſſario univerſali;

ſi ſcilicet fiduciarius inventarium non confecerit. Quamvis enim is verè ac propriè hæres non fiat §. *quos autem 2. I. de bon. poſſ. iunct. §. 1. in fin. I. de fideicom. hæred.* attamen hæredis loco eſt. *l. ſi filiusfam. 5. §. 1. ff. quod cum eo qui in alien. poſt. l. poſtulante. 44. §. 1. verſ. nam & quodammodo l. ſi hæres 68. in f. pr. ff. ad SC. Trebell. l. in pari cauſa 128. §. 1. de R. I. Nov. 1. c. 1. §. 1. verſ. aut multis.* in eumque utiles actiones tranſeunt §. *& Neronis 4. §. ſed quia 7. verſ. ſi verò totam I. de fid. hæred. l. qui totam 45. in fin. ff. ad SC. Treb.* præterquam quod contra illum eadem ſtat ſubreptionis præſumtio, quæ contra alios *Nov. 1. c. 2. verſ. ſancimus.*

10. Si tamen fiduciarius hæres ritè inventarium conſcripſerit, ipſi quoque fidei commiſſario hoc prodeſſe ſtatuimus, *arg. l. 2. pr. ff. teſtam. quemad. aper.* etiam citra ceſſionem *Fach. 6. controv. 31.* Diſſ. *Rittersh. in expoſ. Nov. p. 6. c. 8. n. 39.* Ex quo enim ſemel conſtat, quantum ſit in hæreditate, jus agendi in ſolidum creditoribus eſt præcluſum, ceſſatque fraudis præſumtio *Bacch. ad Tr. p. 2. diſp. 12. th. 9. lit. a.* E. etiam legis diſpoſitio. *l. quod dictum 32. ff. de pact. l. adigere 6. §. quamvis 2. ff. de iure patron. c. quod pro neceſſitate 41. cauſ. 1. q. 1.* Obſtare videtur *l. ſi hæres 73. ff. ad SC. Treb. & l. 21.* hæres *ff. de fideiuſſ.* Quæ quoniam loquuntur de obligationib., quas privatim ſibi ſtipulādo hæres acquiſivit, diverſitatis ratio in promptu eſt.

11. Hæredis quoque ſtatim poſt inventarii confectionem decedentis hæredem hoc jure gaudere minimè dubitamus, tùm per rationes prædictas, tùm per *Nov. 47. pr.* Sed num idem in hærede obtineat, ſi defunctus, tempore vitæ ſuæ, manu propriâ Inventarium confecerit? non inutiliter quæri poteſt; Et non relevari propterea hæredem à ſolenni hâc deſignatione veritati conſonum videtur, cum bona, quæ quis in vitâ habuit, augeri ac minui ante mortem poſſint *l. ſi defunctus 10. C. arbitr. tut. l. ſi creditores. 5. in f. ff. de ſeparat. l. ab his 10. §. auctus 3. ff. de vacat. & excus. mun. l. cura. 4. §. 1. ff. de mun. & honor. l. planè ſi. 4. ff. ut in poſſ. legat. l. ſi ab arbitrio. 10. in fin. ff. qui ſatisd. cog.* Vires autem hæreditatis tempore mortis



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0008-7

ſpectandæ ſunt *l.fin.§. 2.ibi, poſt apertas tabulas, & ibi, à morte teſtatoris C.de Iur. delib.* nec de viventis hæreditate quæri decet *l.moribus. 2.§.interdum 2. ff.de vulg. & pup.ſubſt. l.1.ff.de hær. vel act.vend.l.1.ff.pro hæred. l. & puto 16. §.ſed & ſi 4.verſ.& ideo ff. familiæ herciſc. l. neminem 27.l.qui ſuperſtit. 94.ff.de acq.hær.Ritterſh.in expoſ. Nov.p.6.c.8.n.16.* ubi aliquoties in Facultate Iuridicâ Altorfinâ ita reſponſum refert. *Diſſ.Schneid.in.§.extraneus.5.n.22.l.de hær.qual.& diff.*

12. Vtrum, ſi teſtator Inventarii confectionem prohibuerit, indemnis ſervetur hæres? ulterius quæritur: Et communiter deciſum eſt *Hillig.in D.E.lib 7.c.3.lit.h.Fach.6.controv.25.* non valere prohibitionem talem in præjudicium creditorum, ſed obeſſe tamen legatariis. Quam opinionem, non quia communis ſed quia vera, ſequimur; & prius diſtinctionis membrum hâc ratione firmamus, quod jus à lege creditoribus quæſitum deterius reddi facto debitoris, nec diſpoſitione inter vivos *tot.tit.ff.de his quæ in fraud.cred.* nec ultimâ voluntate poſſit *l.1. C. debitorem vendit. pign.imp.* Poſterius nō quidē ideò, quod teſtator favori pro ſe introducto renunciare poſſit, ut putat *Hæn.diſp.10.th.7.* ſed quod nuſpiam interdictum reperiatur *arg. l.nec non.28. §. quod eius. 2.ff. ex quib. cauſ.mai.l.magiſtratus 25.in f.ff. ad municip.* nec ulla rationabilis cauſa impediat, quò minus teſtator rei ſuæ alii relictæ, quam vel nunquam legatario reliquiſſe vel mutatâ voluntate adimere potuiſſet *l. quod ſi iterum. 4. ff. de adimend. leg.* certam legem dicere valeat *arg. l. in traditionibus. 48.ff.de pact. iunct. verſ. vivos quidem l. de L. Fu. Can. toll.l.cum neceſſitatem 18. C. de fideicomm.l.2 l.pen.C.ut in poſſ.legat.l.Avia.77.§.Pater.3.verſ. quocunq; ff.de condit.& dem.l.ult ff.ut legat.nom.cav.* cum præſertim interſit ſæpè & teſtatoris & hæredis, ſecreta patrimonii & ſuſpectum æs alienum in vulgus non diſpaleſcere *l. ult. C. de alim. pup. præſtand.l.2.verſ.quid enim tam durum. C.quando & quib.quarta pars.l.fin. §.1.C.de arbitr.tut. Fac.Nov. 1.in Epilog. ibi. deficientes cum ſecuritate moriantur.* Inque hanc ſententiam inclinat quoque *Sich. in l.fin. §.2.n.14.& ſeq. C. de iur. delib.*

13.Re-

13.. Remiſſio tamen iſthæc ad æquitatem revocanda eſt, ut dolus omnis abſit. arg. l. ita autem 5. §. Iulianus 7. ff. de admin. tut. l. cum tale 72. §. quid ergo 3. ff. de condit. & dem. l. creditor 60. §. fin. verſ. quæſitum ff. mand. l. ſi ſervus 119. ff. de leg. 1. l. ſi quis rationes 9. ff. de liber. leg. c. requiſiviſti 15. verſ. ſi verò iſtud X. de teſtam. & magiſtratui juſtâ de causâ aliter ſtatuendi facultas relinquatur arg. l. utilitatem 10. ff. de confirm. tut. l. Quintus 7. verſ. nec tamen ff. de annuis leg. l. & ſi quis 14. §. hæc actio 6. verſ. quid ergò ff. de relig. & ſumt. fun.

14. Quid autem de ſubſtituto hærede? an is quoque ad Inventarii confectionem tenebitur? Ita nobis videtur, propter rationis paritatem l. illud 32. pr. verſ. cum enim. ff. ad L. Aquil. l. poſthumi 3. § unde etiam 2. in f. ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt. l. à Titio. 108. in f. pr. ff. de V. O. Imò, ſi pupillariter ſubſtitutus ſit, ne quidem primi hæredis inventarium huic proficere verius arbitramur arg. §. igitur. 2. I. de pupill. ſubſt. l. 2. §. illud poteſt 2. verſ. & magis ff. de hæred. vel act. vend. cum interſit ejus, tàm pupilli quàm patris bona deſignari, niſi in ſolidum à creditoribus pupillaribus exigi velit.

15. Neque Eccleſiam neque monaſterium, cui hæreditas relicta eſt, ab inventarii confectione excuſari concludimus, cum Fach. lib. 6. controv. 20. Hœn. diſp. 10. th. 5. moti tùm generalitate textus in Nov. 1. c. 4. §. 2. iunct. l. 1. §. quod autem 3. ff. de aleat. l. 1. §. 1. ff. de legat. præſt. tùm quia nec privilegiatæ perſonæ abſque ſpeciali determinatione exceptæ intelliguntur l. in fraudem 15. §. fin. ff. de teſt. milit. tùm quod eadem ratio ſiniſtræ ſuſpicionis d. Nov. 1. c. 2. pr. v. ſancimus militet in adminiſtratoribus & œconomis eccleſiæ vel monaſterii, quæ in aliis quibuslibet. Nec obſt. Nov. 7. c. 12. quæ de contractibus concepta eſt, non univerſali ſucceſſione.

16. Neque fiſcum excuſari putamus, ſive ut hæres inſtitutus adeat hæreditatem, per ea, quæ theſ. præced. dicta ſunt, tum præcipuè per d. Nov. 1. c. 4. §. 2. ibi, ſive imperiali, ſive alterius cuiuslibet. iunct. l. prætor ait. 2. §. hoc interdictum. 4. verſ. res enim. ff. ne quid in loc. publ. & l. fiſcus. 6. in fin. ff. de Iur. fiſci. l. Papinianus. 8. §. ſi

Impe-

*Imperator. 2. ff. de in off. teſtam. l. ex imperfecto. 23. ff. de leg. 3. l. in legatis. 4. C. ad L. Falcid. l. cum hærede. 7. C. qui teſt. fac. poſſ. l. ex imperfecto. 3. l. nolumus. 20. C. de teſtam. l. digna vox 4. C. de Legib.* ſive ut ſucceſſor legitimus bona vacantia occupet *l. habere licere. 37. ff. de evict. l. un. §. cum autem 13. & §. ſeq. C. de cad. toll. l. 1. l. vacantia. 4. C. de bon. vacant. lib. 10.* quippe cum & legatariis & fideicommiſſariis obligetur *l. quidam teſtamento. 96. §. quoties 1. l. filius familiàs. 114. §. qui inteſtato 2. ff. de leg. 1. l. recuſare. 6. §. ſed fiſco. 3. ff. ad SC. Treb. l. 2. in fin. ff. de alim. leg.* & pro hærede geſtione hæres fieri dicatur *Nov. 1. c. 1. §. exhæredatos. 4. verſ. in omnibus. Diſſ. Sich. in pr. l. fin. n. 7. C. de Iur. delib. Fach. 6. contr. 21. Hœnon. diſp 10. theſ. 6. per l. 1. §. 1. l. non poſſunt. 11. ff. de Iur. fiſci.* Quibus reponimus *l. cogi poterit. 16. §. 1. in f. ff. ad SC. Trebell. l. veniſſe. 167. ff. de V. S.* Si enim de quolibet hærede dici poteſt, nihil pervenire ad ipſum, niſi quod æri alieno ſupereſt, ecquid in fiſco ſingulare jus cōminiſci prodeſt? ecquid obſtat, quo minus nihil fiſcum acquirere, niſi ſoluto ære alieno, verum ſit, & tamē, ſi bona ad ſe devoluta agnoverit *arg. l. ſi ſervus. 50. §. ſi quis. 2. verſ. qui tamen. ff. de leg. 1.* oneribus hæreditariis eum obſtringi? *arg. l. ult. verſ. ſeparatum eſt ff. de calum. l. ſi maritus. 10. in f. C. de donat. int. vir. & ux.*

17. Planè ſi ex aliis cauſis, puta ob delictū publicatis bonis vel tāquam ab indigno ablatis, hæreditatem vindicet, quamvis eodem jure utatur, quo alius quivis, tàm quoad legata *l. dicitur. 14. ff. de Iur. fiſci. d. l. ſi ſervus. 50. §. ſi quis. 2. ff. de leg. 1. l. cū fiſco. 9. ff. ad SC. Syllan. l. etiamſi 3. C. ad L. Falc. Fach. 6. controv. 22. Ampliſſ. Dn. Harppr. pr. I. de hæred. ab inteſt. n. 449.* quàm debita *l. 2. C. ad L. Iul. de vi publ. l. ſi ut proponis. 5. C. de bon. proſcript.* & alia onera, *l. Marcellus. 3. §. ult. ff. ad SC. Treb. l. 2. §. fin. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. l. in facto. 60. §. 1. ff. de cond. & dem.* quia tamen non jure alicuius ſucceſſionis, legitimæ vel teſtamentarię, tùm ei hæreditas acquiritur, ſed in pœnam & vindictam alterius, non immeritò ab hâc ſententiâ deflectimus. *Adde Riem. dec. 8. quæſt. Illuſtr. 10. circ. fin.*

18. Porrò & bonorum poſſeſſores huc referimus,

quoniam in effectu ab hærede nihil differunt. *§. quos autem 8. I. de bon. poſſ. l. 1. & 2. ff. eod. l. prætor. 117. l. in pari cauſa. 128. §. 1. ff. de R. I. l. puberem 12. C. de Iur. de lib. l. ult. ibi, amplectenda hæreditatis C. qui admitti ad bon poſſ. l. in conditionibus. 19. § ſi patronus. 2. ff. de condit. & dem. l. item veniunt. 20. §. licet autem. 13. ff. de hæred. petit. l. 1. §. hac actio 9. ff. de poſ. l. nonnunquã. 14. ff. de leg. præſt. l. hæreditatis. 138. ff. de V. S.* ideoque nec diverſo jure æſtimantur *arg. l. non eſt 12. §. 1. ff. de bon. poſſ.* Et parentes in bonis liberorum; quæ licet olim peculii non hæreditatis jure obtinerent. *l. 2. l. proponebatur. 9. verſ. ſed cum nihil. ff. de caſtr. pecul. l. penult. C. eod. l. quod ſcitis. 3. C. de bon. quæ liber.* hodie tamen aliter res habet *per Nov. 118. c. 2.* Legatarios planè & donatorios è numero illorum, quibus ſolennis Inventarii conſcriptio incumbit, eximimus. *arg. l. ſi hæreditatem. 32. ff. mand. l. qui fundum 32. ff. locat. l. æris alieni. 15. l. ſi patri. 24. C. de donat. l. ult. C. de hæred. act.*

19. Quod ſi plures exiſtant hæredes, uni ex his inventarii confectio rectè committitur *arg. l. ſi quis. 6. §. 1. ff. de vend. l. ergò. 4. §. creditoribus. 9. ff. de fideicom. lib. l. cum plures. 15. ff. de bon. auth. iud. poſſ.* idque conſultiùs exiſtimatur *arg. l. ſi plures. 3. §. apparet. 6. ff. de admin. tut.*

20. Illud non ignorandum, minorem, ſi non confecerit Inventarium, reſtitutionem in integrum petere poſſe *per text. in Nov. 1. c. 4. §. 1. l. neceſſariis. 57. §. ſed tamen. 1. ff. de acquir. hær. l. ait prætor. 7. §. ſed & ſi 5. ff. de minor. Sich. in pr. l. fin. n. 6. C. de iur. delib.* Et quia Eccleſia gaudet jure minoris *c. 1. X. de reſtit. in integ.* idem de eâ affirmare non dubitamus: de mulieribus non æquè *per l. ult. C. de Iuris & fact. ignor. junct. l. ſi mulier 32. pr. ff. ad SC. Vellei.*

21. Si quoque tam exigua & inanis fuerit hæreditas, ut ſumptus neceſſarii ad Inventarium conficiendum deſint, meritò Inventarii confectio hæredibus remittitur *arg. l. mediterranea. 9. C. de annon. lib. 10. Obrecht. diſp. 20. theſ. 527.*

22. Denique licet Iure Civili in hæredis libero arbitrio facultas Inventarii conficiendi poſita ſit, ſi oneribus ſe

hære-

hæreditariis ſpontè ſubdat *l. fin. § 1. C. de Iur. deliber.* attamen generali cõſuetudine ferè totius Germaniæ contrarium obſervari & neceſſitatem adeunti imponi, idque propter publicum intereſſe von wegen der Steur vnd Loſung / ut conſtet de quãtitate patrimoniorum, & num fideliter in cenſu agendo defunctus bona ſua indicaverit, Giphanii teſtimonio probat *Rittersh. in expoſ. Nov. p. 6. c. 8. n. 20.*

23. Prædictæ ergò perſonæ res hæreditarias deſcribi curare debent, omnes videlicet, quas tempore mortis defunctus in bonis habuit. *l. fin. § ſin autem. 2. C. de Iur. delib.* mobiles & immobiles; & has quidem cum nominibus, ſi quæ habent, in qua Civitate aut quo pago ſita ſint, & quos duos vicinos proximos habeant &c. *arg. l. forma. 4. ff. de cenſib. l. Titius hæres. 48. ff. de act. empt.* illas adjectâ ſpecie, materiâ, pondere, menſurâ & numero *arg. l. 1. § ſi quis argentum. 40. ff. depoſ.* ut poſſint intelligi *arg. l. in actione. 19. pr. & §§. 4. ſeqq. ff. de furt.*

24. Nomina item debitorum, nec non inſtrumentorum Schulden vnd die darüber hafftende Brieffliche Vrkunden in ſcripturam redigenda eſſe placet, *arg. l. item videndum. 18. § ult. ff. de hæred. petit.* Quamvis enim propriè nec mobilibus nec immobilibus annumerari iſta queant *l. 2. pr. C. de quadr. præſcr. l. un. § cum autem 7. verſ. exactio C. de rei uxor. act. l. à Divo Pio. 15. § in venditione. 2. in fin. ff. de re iudic. l. quam Tuberonis. 7. § in peculio 4. ff. de pecul.* Ampliſſ. D. Bocer. *Præceptor noſter colendiſſ. cl. 5. diſp. 1. theſ. 15. eumq́ue ſecutus* Dn. Rümel. *p. 1. ff. diſp. 3. theſ. 8.* attamen ſub generali Rei *l. 1. in fin. ff. de R. V. l. nominis. 6. pr. l. rei appellatione. 23. ff. de V. S.* & hæreditatis appellatione comprehunduntur. *l. poſtulante. 44. § 1. verſ. reſpondi. ff. ad SC. Trebell.* Sed inſtrumenta quidem extensè, ut loquuntur, annotari opus non eſt, ſufficitque initialia & finalia ſignari verba *Treutl. diſput. 12. theſ. 8. lit. f. vol. 2.*

25. Nec minus res alienas, puta pignoratas, commodatas &c. deſcribi oportet, cum earum periculum ad hæredem pertineat *l. & non tantum. 19. pr. ff. de hæred. petit.* & uſu juris ex bonis eſſe dicantur *l. 2. § in hac actione. 22. ff. de vi bonor.*

*rapt §.ult.l. eod.* licet non ſint hæreditariæ *l. cui legatum. 5. §. ſi depoſita.10.ff.ut in poſſ.legat. Fac.l.rei appellatio. 4.ff.de V.S.*

26. Deniq; fructus & aliæ acceſſiones, quæ poſt mortem defuncti hæreditati jacenti quæruntur, non ſunt omittendę. *Dn. Præceptor Harppr.p.1.diſp.26.theſ.15.& in §.ſed noſtra 6. n.5.l.de hæred.qual.& diff.* Quippe cum & hæ defuncti fuiſſe videantur, cuius perſonam repræſentat hæreditas *§. ſervus. 2. I.de hæred.inſtit. l.non minus 31.§.1.ff.eod. l.hæreditas.34.ff.de A.R.D. l.legatum eſt.116 §.ſervo 3.ff.de leg.1.l.mortuo.22.ff.de fideiuſſ.l.cum hæreditas.9.C.depoſ.* in plerisq; *pr.I.de ſtipul.ſerv.l. hæreditas 61.pr. ff.de A.R.D.l.ſi is qui.15.in fin.pr.ff.de uſurpat.& uſuc.l.novatio.24.in fin.ff.de novat.* & hæreditatem augeant *l.pecuniæ.178.§ 1.ff.de V.S. l.item veniunt.20.§.item non ſolum,3.verſ.fructus.l.ſed etſi.25.§.ult. cum ll.ſeqq.ff.de hæred.petit.l.quod ſervus.38.ff.de leg.2.l. quod bonis. 15.§.fructus.6.ff. ad L. Falc. l.ſi per fideicommiſſum.3.C.ad SC. Treb.* conſequenter etiam ex illis creditoribus ſatisfaciendum erit, perinde ac ſi verbis legis id adjectum foret *arg.l. ait prætor 3.§. hæc verba 6.verſ.ſed ſi quid ff. de neg. geſt.* Cum inſuper in quartam Trebellianicam judicio teſtatoris ſuffragante *l. mulier.22. § ſi hæres.2.verſ.alia cauſa.ff.ad SC. Treb.* fructus imputentur *l.in fideicommiſſaria.18.§.1.l.deducta 58.§. ante diem 5.ff. eod.* iidemque ante aditam hæreditatem percepti *l.ita tamen.27.§.1. verſ.ſed ſi quid.ff.d.t.* vel poſtea ex ſpeciali juſſu *d.l.18.pr.l.facta.63.§. ſi hæres.4.verſ.requirendum. ff. eod.* aut præſumtâ voluntate *l. Balliſta 32. ff. d.tit.l.ita.43.§.Pegaſus.2.ff.de leg.2.l.in fideicommiſſi.3.§. cum Polliſim.3.ff.de uſur.* in reſtitutionem veniant; rationis eſt manifeſtæ, ut propter intereſſe fideicommiſſariorum omne, quod hæreditati acceſſit, inventario inſeratur. Ac proinde Iuſtinianũ *in l.ult §.2.C. de iure delib.ibi,ſuper his rebus &c.* conſideraſſe id quod principalius eſt, & intellexiſſe omne illud tẽpus quod Inventarii confectionem anteceſſit, rectè notat *Bach.ad Treut.diſp.12.theſ.8.lit.f.vol.2.Diſſ.Sich.in §.2.n.11.C.de iur. delib.*

27. Sanè quod Legatarios attinet, quoniam in ponendâ ratione L. Falcidiæ mortis tempus inſpicitur *§. quantitas.*

*titas. 2.l.de L.Falcid.l.in Falcidia.9.l.in ratione.30.l.cū quo 56. pr. l. in quantitate.73. pr.ff.eod.l.eo tempore.50.§.1.ff.de pecul.* (*ad l.ſi. creditor.83.ff.d.t.ad L.Falc.* præter Accurſ. explicationem videbimus quid reſponderi poſſit ex *l.Neſenim 22.§.pen.d.l.cum quo 56.§.1 & d. l. in quantitate 73. §. 1. ff. eod.* diſtinguendo videlicet inter ea quæ poſt mortem de novo acceſſerunt, & quæ cauſam acquirendi anteriorem habuerunt, veluti ſi conditio vel dies obligationis extiterit, *cum Bacch.in addit ad Treutl. vol. 2. pag. 1147.*) augmenta hæreditaria nihil eis proſunt, niſi quæ ex ipſis rebus, corporibus vel ſpeciebus legatis eveniunt. In his namque incrementa ſequuntur dominium *l.Iulianus. 17. §. 1. l. fructus.33.l.cum in rem.64.ff.de R. V. l. Herennius.42.ff. de uſur. l.ſi tibi homo.86. §.ſervus.2.l.quæſitum eſt.91.§.ſi mihi.6.ff.de leg. 1.* legatariis à die mortis ipſo jure quæſitum. *l.à Titio.64.in fin.ff.de furt. l.cum pater. 77. §. ſurdo.3. l. legatum. 80. ff. de leg. 2.l.ſi mulier.3.§.ſi item.2.ff.de leg 3.l.1.§ utrum autē.6.verſ.quamvis.ff.ſi quid in fraud. patr.l.magis puto.5.§.fundum 8.ff.de reb.eor.qui ſub tut.*

28. Illud dubio caret, rerum modò enumeratarum deſcriptionem fieri oportere in loco, ubi ſitæ ſunt, vel ubi maxima earum pars exiſtit *l.fin.§.fin.autē.3.C.de Iure delib.arg.l.ſi fideicommiſſum. 50.ff.de iudic.l.unic.C.ubi de hæred.agatur.* Quod ſi pluribus in locis diſperſæ ſint res hæreditariæ, plura iccircò Inventaria confici opus non eſt: quippe cum Creditorum vel aliorum nihil interſit, dummodò de viribus hæreditariis legitimè conſtet. *Obrecht.d.20.theſ.540.* & juris intellectu univerſa bona, ſive ſint in propinquâ regione ſive remotâ, ſive ſciēte ſive ignorāte defuncto poſſeſſa, unicum patrimonium conſtituant *arg. l.ex facto.35.pr.& §. cum hac. 2. & §. ult. l. qui non militabat. 78. pr.ff. de hæred. inſt. l.ſi certarum. 17.§. 1. in pr. & fin.ff. de teſt. mil.*

29. Requiritur autē I. ut intra legitimum tempus Inventarium conſcribatur, ne fortè hæredes cunctando creditores & legatarios nimis diu ſuſpendant; nimirum ut intra 30. dies inchoetur & intra 60. alios perficiatur *l.fin.§.ſin autem dubius.2. C.de Iur.delib.* 30. diebus pro menſe computatis *d.l. fin. §. donec*

tamen.11.ibi,intra tres menſes.& §.1.verſ.ſimiliq;.ibi,intra triũ menſium ſpatium. ut alias regulariter l.ſi venditor. 28. ibi, intra duos menſes, junct. l. quod ſi nolit.31.§.ſi quid ita. 22.ibi,intra 60.dies ff.de ædil.edict. l.inteſtato.3.§.ult.ubi Goth.lit.k.ff. de ſuis & leg. hær.junctâ l.ſeptimo menſe 12.ff.de ſtat.hom. Auth.Iubemus,ibi,intra 30. dies, & ibi,alius unus menſis C.de iudic. Quod tamen cum limitatione accipiendum eſſe docet l.ubi lex.101.ff.de R.I.ex ratione.l.Anniculus.134.ff.de V.S. Diſſ. Sich. in l.fin. §. 2.n.2.C.de iur.delib.ſecutus gl.in c. quam ſit. 6. in verb. menſe X. de elect. in 6.

30. Et hos quidem dies non utiles, ſive quibus experiundi facultas datur. l.1.ff. de div. & temp. præſcript. l. cum ſex 58.ff. de ædil. edict. ſed continuos intelligimus, cum Rittersh. in expoſ. Nov.p.6.c. 8.n. 40. tùm quòd Iudicis præſentia non deſideretur, ut dicetur infrà theſ. 40. tùm quòd utile tempus expreſſim deſignari ſoleat. Dn.Mart. Rümel. p.1.ff.diſp.ult.theſ.17. lit.b.fac.l.interdum.19.verſ.planè.l.intra utile.39.ff. de minor.l.1. §.1. ff.ex quib.cauſ.mai.l.item ſi.14.§.in cauſa.2.ff.quod met.cauſ.l.ſciendum 19.§.fin.ff.de ædil.edict.l.1.in pr.ff.quãd.de pec.act.annal.l.1.§.annus.39.ff.de vi & vi arm. l. 1. ff.ſi is qui teſt. lib.l.2.C.unde vi.& ſim.

31. Planè cum & ratione initii utile tempus denominetur l.2.ff.quis ordo in poſſ.ſerv. & experiundi poteſtatem habere non videatur, qui neſcit l.annus autem. 6. in f.ff.de calumn. hactenus utiliter tempora computari non diffitemur l.fin. §.1. verſ.ſimilique,ibi,ex quo ei cognitum fuerit & §.2.ibi, poſtquam nota fuerit C. de iure delib. fac. l. ſi fideiuſſor. 29.§. ſi cum debitor. 2.ff. mand. modò non ſupina fuerit ignorantia arg.d.l. 58. in fin.ff.de ædil.ed. Similiter ſi juſtâ causâ impeditus hæres, puta, morbo, captivitate, carcere &c. intra definitum tempus Inventarium non confecerit, excuſatione dignum pronunciamus arg.l.ſcire oportet.13.§.ſi enim.7 junct.§.quinquaginta. 9.ff. de excuſ. tut.l.ſi cum ipſe.39.ff. eod.l. 2. §.ſi quis.3.& §.fin.ff.ſi quis caution.c. cum non ſtat 66. X.de R.I.in 6. Quæ ſententia humanior, æquior ac benignior videtur Rittersh. d.loc.n.41.

32. Non igitur illis aſſentiri poſſumus, qui demum à die aditæ hæreditatis tempus hoc trium menſium currere

ſtatuunt.

*per d.l.fin.§.fin verò poſtquam.12. & §.donec tamen.11.ibi, ſed ſit hoc ſpatium hæredibus conceſſum.C.d.t.junct.l.ſi in diem.46.ff.de cond.& dem.& l. ſtatuliberos.3.§.ſi quis hæredi.11.ff.de ſtatulib.* Refragatur namque textus *in l.fin. θ.praced.alleg. & §.2.ibi, vel delatam ſibi. junct.l.delatam 151.ff.de V.S. l.quamdiu 69.in f. ff. de acquir.hæred. & §.fin autem hoc.14.ibi, ſi non recuſaverit*, ubi etiam ante aditionem inventarium confici poſſe patet, hæredique integrum relinqui, hæreditatem vel adire vel repudiare *Fach. 6.controv. 54.Dn.Harppr.in §.fin.n.6.I.de hær.qualit.* tùm quod hæres etiam is vocetur, qui adhuc deliberat.*l.Ariſto.5.§.1.ff.de jur. delib.* quive ſe abſtinuit *l.ſi quis ſuus.8.ff.eod.l.ſi duo.38.l. cum hæreditate.55. l.penult.verſ.poſtea ff.de acq.hæred.* item qui repudiat *l.in plurium.70.ff.d.t.* quivé nondum adiit *l.ſi quis hæres.72.ff.eod.* Adde *Fach.4. contr.35.Hænon.diſp.10.theſ.4. Meier. in Colleg.Argent.tit.de acq.hæred.theſ.32.* qui contraria reſolvunt. Diſſ. *gl.in d.l.fin.§.2.in verb. delatam ibique Sich.n.4.C.de jur. delib.Bacch.in not.ad Tr.p.2.d.12. theſ.8.pag. 738.*

33. Vtrum verò ſufficiat Inventarium, licet poſt 30. dies cœptum, intra tres menſes perfectum eſſe? diſquiritur: Quod verius & benignius judicat *Treutl.d.theſ.8.* ubi *Bacch. pag. 737.in fin.* hāc rationem ex Baldo refert, quod, quando plures dantur dilationes ad unam rem & eundem finem, ultima tantùm eſt peremptoria; quodque nihil intereſt creditorum & legatariorum, quando incipiatur, modo ad præſtitutum tempus abſolvatur. *Fac.l.1.§.fin.verſ.quale eſt ubi Goth. lit.d. ff. ventr. inſpic.* Adde *Sich.in l.fin §.2.n.6.& 8. C.d.t.* ubi nec per judicem hoc tempus abbreviari vel prolongari poſſe concludit, cum non æquè terminus legalis & dilatio extra judicialis in ejus ſit poteſtate quàm judicialis. Aliud tamen obſervatur Iure Wurtemb. *p. 3. tit.22.§.* Wann dann ſolch *Inventarium*

34. Et hæc de hærede præſente dicta volumus. Nam ſi abſens ſit à loco, ubi res hæreditariæ jacent, annus ei conceditur à morte ſtatim ejus, cui ſuccedit, numerandus *l. fin. §.fin autem à locis.3.ibi unius anni ſpatium & §.donec.11.ibi, vel ſi abſuerint, intra annale ſpatium C.de Iur. delib.*

35. Requiritur II. ut certæ perſonæ conſcribendo

Inven-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0017-7

Inventario authoritatis & fidei gratiâ adſint, quales ſunt primò tabularii ſive Notarii *l. fin. §. 2. C. de Iur. delib. Nov. 1. c. 2. §. 1.* Vnde tamen perperàm ſubſumitur, duos ad minimum Notarios deſiderari, cùm generale ſit & regulare, ad unum actum unum ſufficere Notarium, nec abſurdum videri debeat, pluralem numerum reſolvi in ſingularem *arg. l. in uſu. 158. ff. de V. S. gl. in d. §. 2. in verb. tabulariorũ arg. l. 1. C. de his qui in Eccleſ. manum. l. orphanotrophos. 32. C. de Ep. & Cler. l. 2. §. ſed etſi. 6. ff. vi bon. rapt.* ut nimirum reſpectus habeatur ad pluralitatem caſuum. Confert hùc, quod ad ſubſcriptionem pro hærede literas ignorante vel ſcribere impedito alium tabellarium vult adhiberi Iuſtin. *ut infr. theſ. 39. Bacch. ad Treutl. p. 2. diſp. 12. theſ. 8. lit. e. Sich. in l. fin. §. 2. n. 18. C. de iur. delib.*

36. Deinde omnes quorum intereſt. *l. fin. §. 2. ibi, cæterorumque qui ad huiuſmodi confectionem neceſſarii C. d. t.* quia generaliter proditum eſt, ut, ubicunque de alicuius re ſive negotio tractatur, is citetur & admoneatur *l. de unoquoque. 47. ff. de re iud. l. nam ita. 39. ff. de adopt. l. etiã ſi patre. 29. §. ult. ff. de minor. Nov. 119. c. 6.* Scilicet creditores hæreditarii *Nov. 1. c. 2. §. 1. ibi, non creditorẽ ſolum,* quib. ſine exceptionis perpetuæ metu ab invito debitore quid exigendi jus eſt *l. creditores. 10. l. creditor. 55. l. debitor. 108. ff. de V. S.* legatarii & fideicomiſſarii *d. §. 1. ibi, convocare omnes legatarios & fideicõmiſſarios.* aut procuratores eorundem *per ſup. dicta theſ. 6.* quos etiam pro mulieribus intervenire poſſe ſtatuimus *arg. l. maritus. 21. C. de procur. l. omnes. 2. §. 1. C. de his qui ven. ætat. imp. c. mulieres. 2. X. de Iudic. in 6.*

37. Citandi autem ſunt vel ſigillatim vel generatim, vel perſonaliter vel ad domum, vel per proclamata vel alio conſueto modo, ut certo tempore & loco compareant, negotio interſint, & Inventarium debitâ fide & formâ expediri videant *arg. l. aut qui aliter. 5. §. & ſi fortè. 2. ff. quod vi aut clam. l. dies cautioni. 4. §. Prætor ait. 5. & ſeq. ff. de dãm. inf. l. ſi eo tempore. 6. C. de remiſſ. pign. Nov. 112. c. 3. verſ. iubemus. Gail. 1. obſ. 47. n. 9.* Fürſtl. Würtemb. Landtrecht *p. 3. tit. 22. §.* Da man auch. Quod ſi vocatos abeſſe contingat, tres teſtes adeſſe idoneos,

id eſt,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0018-3

id eſt, locupletes & fide dignos loco abſentium oportet *Nov. 1.c.2.§.1.verſ. ſi verò abſunt.*

38. Et ſi aliqui omiſſi fuerint, Inventarium non penitus corruere veriſimilius eſt, ſed ex parte eorum, qui citati ſunt, valere, cæteris non præjudicare *arg.l. de unoquoque 47. ff. de re iud. l.Fulcinius.7.§. quid ſi. 7. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. non idcirco.44 ff. de Iudic. Nobiliſſ. Dn. Harppr. p.1.diſp.26.θ.14.in f. & in §. ſed noſtra.6.n.4. I. de hæred. qual. & diff. Sich. in §.2.n.20. circ. fin. C. de iur. delib.* ubi Baldum contrariam ſententiam fatuam pronunciaſſe ſcribit. *Obſtare videtur d.l.fin.§. & ſi præfatam 4. iunct. Nov.1.c.2.§.1. ibi, convocare omnes & §. ſi verò. 2. verſ. & hoc dicimus. l. cum Silanianum. 11. in f. C. de his quib. ut indign. l. cum hi quibus. 8.§. ſi prætor 17. verſ. ſed et ſi ff. de tranſact.* ad quas in diſcurſu reſpondebimus.

39. Requiritur III. hæredis ſubſcriptio, quâ & quantitatem deſcriptam ſe tenere probet & nihil dolo malo factum eſſe ſignificet *l.fin.§.2. verſ. ſubſcriptione ibiq; Sich. n.25.C. de iur. delib.* ne ſcilicet poſtea inficiari queat, ſe non interfuiſſe, vel ignoraſſe, vel non conſenſiſſe. Si tamen ignarus ſit literarum, aut aliâ juſtâ cauſa ſcribere impediatur, alius inſuper tabularius ſive Notarius adhibendus eſt, qui, poſtquam hæres crucis ſignum, per quod æternæ ſalutis memor nihil ſibi doloſè faciendum eſſe monetur, præpoſuerit (quo tamẽ omiſſo non vitiari Inventarium plerique tradunt *Bacch. p.2. pag.739. Sich. ad d.§.2.n.26.* neque id moribus noſtris obſervari *ex Giphan. notat Rittersh. in expoſ. Nov. p.6.c.8.n.9. in f.*) hæredis vicem ſubſcribendo ſuſtineat, in præſentiâ teſtium *d.§.2. verſ. vel ſi ignarus.* non minus duorum *arg.l. ubi numerus. 12. ff. de teſt. fac. l. iubemus. 29. C. de teſtam.* Si omnino non adſit, ſubſcriptionem procuratoris ſufficere arbitramur. Cum enim huic confectio Inventarii committitur *l.fin.§. ſin autem à locis. 3. in f. C. de Iur. delib.* quidni & reliqua permiſſa cenſeantur, ſine quibus illa expediri nequit *arg. l.2. ff. de Iurisd. c. ſuſpicionis 39. X. offic. & poſt. iud. deleg.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0019-2

40. Cæterum non eſſe neceſſariam Iudicis præſentiam cenſemus; quia in privatis ædibus, corā Notario & aliis ſuprà enumeratis perſonis, fit Inventarium, hæredisque ſubſcriptionem exigit, quod opus non foret, ſi judiciale teſtimonium accederet *arg. l. in donationibus. 31. C. de donat. Fach. 4. contr. 36. Sich. in d. l fin. §. 2 n. 16. Obrecht. diſp. 20. theſ. 548. Rittersh. d. c. 8. n. 12.* nec nominis divini invocationem, nec nominis Imperatorii præpoſitionem ad ſubſtantiam Inventarii pertinere. *Vid. Ampliß. Dn. Beſold. in præcogn. miſcell. ad ff. n. 20 Dn. Rümel. p. 1. ad Aur. Bull. diß. 1. theſ. 1.*

41. Idem eſto Iudicium de conſuetâ illâ & in praxi receptâ Proteſtatione, quâ hæres in initio Inventarii cavet, quod, ſi quæ inſcripta ſint per errorem, pro non ſcriptis haberi debeant, & ſi quæ inſerta non ſint, quæ oportebat inſeri, quam primum cognoverit eò pertinere, bonâ fide addere velit; tametſi alias proteſtatio jus proteſtantis conſervare ſoleat *l. Neſennius. 34. verſ. quid enim ff de neg. geſt. l. ſi debitor. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel. hyp. ſolv. l. & ſi quis. 14. §. plerique 8. ff. de relig. & ſumt. fun.* & proinde hic quoque hæredem à fraude & malâ fide excuſare valeat. In his namque omnibus legis præſidio deſtituimur; quare nec noſtrum erit, novas ſolemnitates fingere. *arg. N. 2. c. 3. circ. med. ibi, nec qualibet lex. N. 18. c. 5. verſ. ſed quia. l. illam meritò. 19. vers. ſuperſtitibus C. de collat. l. ſi verò 64. §. de viro 9. ff. ſolut. matr.* Atque iſtâ etiam cautelâ non ſervatâ nihilominus tamẽ hæredem rem recens inventam abſque novis ſolemnitatibus adſcribere poſſe putat *Sich. in l. fin. §. 2. n. 12. C. de Iur. delib. arg. l. hæredes palam. 21. §. 1. verſ. ſed & ſi ff. qui teſt. fac. Fac. l. illud. 7. §. ſi cuius 2. verſ. ſi tamen. ff. de trib. act.* Quanquam *Rittersh. in expoſ. Nov. p. 6. c. 8. n. 11.* toleranda eſſe ſtatuat, quæ conſuetudo recepit, ne nimium ſapere velle videamur, illa reiicientes atque expugnantes. Satuto quoque Wurtembergico cautela iſta approbata eſt Fürſtl. Würt. Landtr. *p. 3. tit. 22. §. ult.*

42. Et certè, non ubivis has Iuris civilis ſcrupuloſitates obſervari, ſed cujusque regionis morem & conſuetudinem

nem inſpici neceſſum eſt *Treutl. p. 2. diſp 12. theſ. 8. lit. C. Sich. in l. fin. § 2. n. ult. C. de Iur. delib. Fac. l. de quibus. 32. l. ſed & ea. 35. ff. de ll. §. ſed naturalia 11 I. de I. N G. & C. §. ult. in fin. I. de legit. agn. tut. l. quod ſi nolit 31. §. quia aſſidua 21. ff. de ædil. edict. l. quid ergo 3. §. 1. ff. de contrar. tut. & util. act. l. tutor. 7. §. quæ autem. 10. verſ. ex cæteris ff. de admin. tut. l. cum ſervus. 39. § 1. verſ. in uſurarum ff. de leg. 1. l. 1. pr. l. & in contraria 37. ff. de uſur.* Sic Iure topico Ducatus Wurtemb. requiritur 1. ut hæres profiteatur ſe Inventarium confecturum 2 ut à præfecto petat ſibi duos Iudicii aſſeſſores aſſignari, in quorum præſentiâ fiat Inventarium 3. ut juratus Grammateus totius hæreditatis res mobiles & immobiles, jura item, credita & debita deſcribat. 4. Vt intra tres menſes ab aditâ hæreditate numerandos, vel, ſi aliis & diverſis in locis res ſitæ ſint, intra tempus longius Iudicis arbitrio definiendum, abſolvatur Inventarium. 5. ut exemplum ſive Copiæ Inventarii apud Iudicium deponantur Fürſtl. Würtemberg. Landrecht *p. 3. t. 22. §.* vnnd ob wol. *Nobiliſſ. Dn. Bocer Claſſe 3. diſp. 11. theſ. 66. lit. g.*

43. Eſt autem introductum hoc Inventarii beneficium (ita enim vocatur *in §. extraneis 5. verſ. ſed noſtra I. de hæred. qual. l. fin. pr. verſ. ex omnibus & §. ſin autem 14. C. de Iur. delib*) ut hæredi quā optimè proſpiceretur *d. l. fin. pr. ibi, & non ſolum milites adiuvare, ſed etiam ad omnes hoc extendere &c. Obrecht. diſp. 20. theſ. 569.* non vero favore creditorum, legatariorum &c. *arg. l. invito 69. ff. de R I. junct. l. fin. §. ex hac quidem 13. C. de Iur. delib.* ubi hæredi libera facultas conceditur conficiendi Inventarii vel omittendi; quod non procederet, ſi aliorum reſpectus haberetur *arg. l. pen. verſ. cum alia C. de pact. l. ſi Iudex. 41. ff. de minor. l. poteſt 71. ff. ad L. Falcid.* tùm quod quandoque damno hinc afficiantur creditores, ut patet *ex theſ. 46.*

44. Quod ſi igitur hæres ad deliberationem antiquitùs uſitatam & nunc planè ſupervacuam *d. l. fin. §. ex hac quidem 13.* confugiat, habet quod ſibi imputet, qui pro novo beneficio vetus elegerit gravamen *d. §. 14. verſ. & ſibi. §. 5. in fin. I. de hær. qual. & diff.* ſiquidem latens æs alienum erumpere

 eum-

eumq́ue damno multo mulctare poſſit *d. l. fin. pr. C. de Iur. delib.*

45. Vix tamen eſt, ut negare poſſimus, quin favor defunctorum ſaltem minus principialiter & per conſequentiam interveniat per *Nov. 1. c. 2. verſ. hæc nos uti communiter* quò ſcilicet tantò facilius hæredem invenirent, & contumelioſa bonorum venditio ceſſaret *arg. §. 1. I. quib. ex cauſ. man. non lic. & §. hoc reſcripto 2. I. de eo cui libert. cauſ. bon. add.*

46. Commoda quæ hæredem ſequuntur plurima ſunt. Nam 1. Inventario confecto ultra vires hæreditarias non poteſt conveniri *l. fin. §. & ſi præfatam. 4. C. de Iur. delib. §. extraneis. 5. in f. I. de hær. qual. & differ.* nec ultra quam à defuncto accepit, gravatur. *quod & Statuto Würtembergico conſonum eſt p. 3. t. 22. §.* Wann nun einer. Aliâs creditoribus & legatariis in ſolidum obligatur. *d. l. fin. §. ſin verò poſtquam 12. & §. ſin autem hoc 14. verſ. ſi quis C. d. t. Nov. 1. c. 2. §. ſi verò 2. fac. l. ſi hæreditatem. 32. ibi, hæreditas interdum damnoſa eſt ff. mand. l. libertus 36. verſ. quia ſolvendo. ff. de bon. libert.* Ratio quoad creditores eſt *in l. hæredem. 59. l. hæreditas. 62. l. nemo plus 120. l. in his. 175. §. 1. l. qui in ius 177. ff. de R. I. c. is qui in ius. 46. X. eod. in 6. l. nihil aliud. 24. l. hæreditatis. 119. ff. de V. S. l. more noſtræ 8. verſ. hæreditas. l. hæres. 37. ff. de acq. hæred. l. poſtulante 44. pr. verſ. cæterum ff. ad SC. Treb. l. ſi te bonis. 10. ibi, neque inopia patris C. de Iur. delib. l. æris alieni. 15. C. de donat.* quoad legatarios & fideicommiſſarios *in l. ſi patroni 55. §. qui fideicommiſſam. 2. verſ. cum enim ff. ad SC. Trebell. l. ſi quis. 5. §. hæres. 2. ff. de O. & A. §. hæres. 5. I. de oblig. quæ quaſi ex contr. l. apud Iulianum 3. §. fin. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat.* (quod malè ad creditores trahitur, *Dn. Rümel. exercit. Iuſtin. 16. theſ. 5. lit. a. Bacch. ad Treut. p. 2. diſp. 13. theſ. 7. lit. e pag. 839.*) quoad utrumque *in l. fin. §. 2. ibi, & quod nulla malignitate C. de Iur. delib. Nov. 1. c. 2. in f. pr.* Ex quâ ratione hanc limitationem infert *Sich. in d. l. fin. §. & ſi præfatam. 4. n. 1* quòd ſuccurratur hæredi, ſi creditores & legatarii ultrò confeſſi ſint, bona defuncti ad ſolutionem non fuiſſe ſufficientia.

47. Hic quæſtio occurrit admodum controverſa:

Vtrum

Vtrum filius, cui non licet repudiare hæreditatem paternam retento feudo *tit.45.& 51.§.filius 4.lib.2.F.Hakelm.diſp.18.theſ.6. lit.a.Rittersh.lib.1.part.feud.c.15.q.15. Berlich.p.2.concl.pract.56.n. 12.& ſeq.Diſſ.Treutl.p.2.diſp.12.theſ.4.lit.b.* ſi cum beneficio Inventarii allodialia bona apprehenderit, feudum retineat ab oneribus hæreditariis liberum? Quod aſſerere Iuris authoritas prohibet *d.tit.45.lib.2.F. Hakelm.d.18.theſ.6.lit.d.& e. Berlich. d.p.2.concl.55.n.9.n.13.& n.97.Diſſ. Rittersh. d.cap.15.q.17. Gail.2.obſ.154.n.1.ſed vide Mynſ.3.obſ.67.n.9.*

48. Hoc quoque in dubium vocari videmus: An hæres, omiſſo Inventario, ad præſtandum legatum alimentorum in ſolidum teneatur? Et cum nulla extet exceptio, quoad hoc legatum, ad generalem definitionem *Nov.1.c.2 §.2.* recurrimus *arg.l.ſum quoque.4 §.1.in fin.ff.de hæred.inſtit.* Nec argumentum *Fach.6.contr.34.ex l.merito 51.ff.pro ſoc.* nobis opponi patimur; Cui reſpondemus ex *l.quemadmodum.7.in fin. C.de agric.& cenſ.lib.11.c.qui contra 82.de R.I.in 6.* Hæres enim Inventarium non conficiens Iuris conſtitutionibus non obſequitur.

49. Hæc autem num æquè procedant de Iure Canonico? dubitant nonnulli; Nos differentiam hic nullam agnoſcimus *arg.l.un.C.de inoff.dot.ibi, leges legibus concordare c.8. X.de Iudic.c.1.X.de nov oper.nunc.c.cum expediat 29.X. de elect.in 6. iunct.c Rainaldus 18.in fin. X.de teſtam.Fach.6.contr.23.* Illud tamen largimur, in foro conſcientiæ hæredem ad præſtanda debita pari modo non teneri, *Treutl.p.2.diſp.8.theſ.9.lit.c.ibiq; Bacch.pag.745.* quia conſcientiam & Iudicium Dei ex veritate, non fictione & præſumtione, metiri fas eſt. *c.à nobis 28. verſ.nos igitur.c.inquiſitioni 44.X.de ſent.excommun. Fach.6.contr. 24.* Si tamen contumaciter ſpreverit legis beneficium, tunc nec in conſcientiâ tutum eſſe arbitramur, per tradita *Nobiliſſ. Dn. Beſoldi Præceptoris ſummopere colendi in œconom.tit.3.& 4. lib.1.ff.n.36.& lib.1.Polit.c.1.n.32.*

50. Conſequens eſt II. ut, quoniam legata integra eſſe ſolvẽda diximus, ubi patrimonium defuncti inſufficiens

eſt, (quod olim ſecus fuit *l.1.§.ſi quis 17.ff.ad SC.Treb.*) multò minus deductio Falcidiæ locum habeat omiſſo Inventario *l.fin. §.ſi autem hoc 14 v.ſi quis autem C. de iur. delib. arg.c.plus ſemper 35.X de R.I.in 6. Auth.multò magis C. de SS. Eccleſ. l.1. §.hi quibus.2 ff.de leg.3.l.relegatorum 7.§.fin. verſ. eſt enim.ff. de interd. & releg.* Si verò ritè Inventarium fecerit hæres, omnibus legatis Falcidiam detrahit *l.fin. §. & ſi præfatam 4.C.de Iur.delib.Nov.1.c.2. §.1.v.& his omnibus* etiam iis, quæ ad pias cauſas relicta ſunt *l.1.§.ad municipum 5.ff.ad L Falc.iunct. Nov.131.c.12.* quæ tantùm de hærede loquitur, qui eſt in morâ, & doloſè vires patrimonii ſufficere negat *Fach.5.controv.17.fac.l.ſi quis 49.C de Epiſc. & Cler.Diſſ.Treutl.p 2.diſp.14.theſ.5.lit.f. & theſ.10.lit.e.* niſi teſtator expreſſim detractionem prohibuerit *Nov.1.c. 2. §. 2. verſ. ſi verò expreſſim.*

51. An etiam hæres per fideicommiſſum hæreditatem reſtituere rogatus Trebellianicam amittat? diſputationis eſt vehementioris: Affirmativam amplectimur *cum Don. 7.comment.29.in fin. Meier.in Colleg.Argent.tit.de acq.hær. θ.36.n.7. Hœn. diſp.10. theſ. 18. Treutl.p. 2.diſp.14.theſ. 10 lit.d.* quia omnes præceptum conficiendi Invētarium ſtringit, aut pœna negligentes manet *Nov.1.c.4.in fin.* tùm quia non minus univerſali quam ſingulari fideicommiſſario hęres per clandeſtinas fraudes nocere poteſt *d.Nov.1.c.2.in fin.pr.* ideoq́ue quartam eam conſecutus eſſe creditur. Accedit quod Falcidiæ appellatione Trebellianica quoq; continetur *l.Marcellus.3.ſ.1.l.ſi eius.64.§.fin.ff.ad SC.Treb.l.pater filiam.14.pr.l.Titia.86.ff. ad L. Falc.l. cum filiofamilias 11.verſ. denique ff.de leg.1.l. cohæredi 41.§. quod ſi 3. ff.de vulg.& pup.ſubſtit.l.irritum.8.l.ſi ut allegas.11.C. ad L. Falcid. l.iubemus.6.C.ad SC.Treb.* cum præſertim Trebellianicæ nomen nuſquam Iure proditum ſit *Bacch. de act. diſp. 2.coroll. 2.& in not. ad Treutl. p. 2. pag.898. Diſſ. à ſeipſo Treutl. p. 2. diſput.12.theſ 9.lit.a. Gail.2.obſ.138. ubi n. 13.* negativam in Camerâ obtinere ſcribit *Myn ſ. 3.obſ. 60 Riem. dec.7.quæſt.illuſt.in coroll. Hak.diſp.16.theſ.24.lit.h.Fach.4.contr.38.& lib.13.c.54.* ubi hanc eſſe ipſiſſimam veritatem ait, *pluresque allegati à Rittersh. in expoſ. Nov. p.6.c. 8.n.37.*

52.Pro-

52. Proinde & filiis legitimam denegari, ſi Inventarium non cōfecerint, minimè ambigimus; quia nuſpiam diſtinguitur inter hæredes extraneos & ſuos; ſed imò ultrà ſubſtantiæ defuncti menſuram hæres creditoribus & legatariis obnoxius reddi dicitur *Nov.1.c.2.§.2.* quæ utiq; etiā legitimam complectitur *l.ſcimus.36.pr.verſ.repletionem C. de inoff. teſt.* Et ſuos ſub legis diſpoſitione contineri probat *§.extraneis. 5. ubi Goth.lit.Y.I.de hæred.qual.& diff.iunct.l.fin.§.1.ibi, vel ſeſe miſcuerit §.2.ibi, vel ſeſe immiſceat §.ſin verò 12. ibi, vel ſeſe immiſcuerint C. de Iur.delib.* Et generatim iis tantum, qui legum preſcripta ſervaverint, legis beneficium indulgetur, *l.fin. §. & ſi præfatam 4.C. eod.tit.* quod qui contemnunt, indigni eo judicantur *d. l. fin.§.ſin verò.12.in fin. Nov.1.c.2.pr.verſ.ſancimus & § 2.verſ.ſed dabit.fac.l.filio patroni 48.§.1.ff. de ritu nupt.l.auxilium.37 in fin.ff.de minor. c.quia fruſtra 14. X. de uſur. c. ult. X. de immun. eccl. c.bonæ memoriæ 23.X.de elect. Adde Bacch.ad Treutl. d. theſ.9.lit.a.pag.744. Riem.dec.6.quæſt.illuſtr.7. Meier.d. theſ.36.n.5.Diſſ.Gail.d. obſ.138.n.14.Hakelm. d.theſ.14.lit.g. Fach. 4. contr.34.* quorum ſententiæ tanquam receptiori, æquiori & favorabiliori in praxi inhærendum cenſet *Rittersh.d. cap. 8. n. 38.*

53. Quid autem, ſi hæres non opponens de Inventarii confectione in ſolidum condemnatus ſit, num adhuc in executione ſententiæ exceptionem hanc allegare poterit? Affir. *Schneid.in §.extraneis 5.n.24.I.de hær.qual.& diff. Marant.in ſpec.aur.p.6.memb.9.n.18. Antō.de Padill. in l.1.n.40.C.de iuris & fact. ignor.ubi Paulum de Caſtr.Ias.Zaſ. & Socin de communi teſtantes refert.* quia non infringit vel impugnat ſententiam, ſed reſtringit & modum certum adiicit, cujuſmodi exceptiones etiam poſt rem judicatam admitti tradunt *Gail.1.obſ.113.n.5. & 2.obſ.17.n.8. Padill. d.loc.n.36.per l. Neſennius 41.§.fin.ff.de re iud.l.ex diverſo.17.§.fin ff.ſolut.matr.l.ſi fideiuſſores.41.§.fin.ff.de fideiuſſ.*

54. An etiam hæredi, qui Inventario ſibi non proſpexit, bonorum ceſſio permittēda erit? bonorum, inquam, non hæreditariorum, ſed ſuorum omnium: quod nulla ſufficienti ratione negari oſtendit *Bacch.in not.ad Tr.p. 2. diſp. 34. theſ.*

*theſ.40.lit.c.p.550.& ſeq.* Quod enim ceſſionis beneficium doloſis debitoribus non indulgeri dicitur, ad hæredem talem minimè extendendum eſt, utpote de dolo per præsũtionem tantum ſuſpectum.

55. III. Si de viribus hæreditariis controverſia oriatur, ſtatur Inventario, nec de aliis rebus, quam quæ inibi deſcriptæ reperiuntur, hæres tenetur: niſi de fide dubitantes contrarias probationes afferant, *l.fin.§.licentia.10 C.de Iur.delib. fac.l.cum precibus.18. C.de probat. l.optimam.14. C.de contrah. & committ.ſtip.§.item verborum 12. I.de inutil.ſtipul.* etiam ex domo hæredis *arg.l.conſenſu 8.§.ſervis 6.in f.C.de repud.c.conveniens 38. in f.X.de teſtib.* etiam ex rationibus defuncti, quas producere hæres juberi poteſt *arg.l.pen.§.fin.ff.ad L.Falc. Obrecht. diſput.20. theſ.614.* Deficientibus quoque aliis probationibus ad probandam innocentiam *l.furti.6.§.ſed & ſi 4.ff.de his qui not.inf.* juramentum deferri poteſt hæredi, quo nihil præterea in hæreditate fuiſſe, nihil ſe clàm amoviſſe, id eſt, callido animo & maligno repoſuiſſe, nec per alium celari curaſſe *l.ſi ſervum 71.§.non dixit 5.& ſeqq.ff.de acq.hær.* confirmet *d.§.licentia.10.ibi, vel per ſacramentum.C de Iur.delib.*

56. Vnde erroris convincuntur, qui actore nihil præſtante reum ad jurandum cogi non poſſe cenſent *Treutl.p.1. diſp.21.theſ.9.lit.c. Schneid.in §.item ſi quis.10.n.21.Inſtit.de act. Excellentiß.Dn.Rümel.Præceptor ac Hoſpes noſter p.m. deſideratiſſimus p.3.ff.diſp.2,theſ.10.per l.iusiurandum.34.§.ait prætor.l.tutor.35.pr.l.manifeſtæ 38.ff.de iureiur.l.generaliter 12.pr.C.eod.l.cum de indebito.25.§.in omnibus.3.ff.de probat.* Adde *l.delata 9.C.de Iureiur.l.ult.C.de fideicom.Nov.73.c.ult.c.2.X.de probat.tit.26.§.1. lib.2.F.* Diſſentientibus reſpondet *Fach.1.contr.19.*

57. Vix tamen eſt, ut hoc jusjurandum hæredi delatum referri queat *arg.l præſenti.6.§ ſed ſi hoc 4.verſ.ſi cubi C.de his qui ad Eccleſ.confug.l.ult.§ pen.verſ.ſin autem C.de iur.domin.imp. l.pen.in f.pr.& §.eandem 2.C.de donat.l.eos qui 26.in f.C.de uſur.l. ult.verſ.& quoniam C.de fid.inſtr.l.fin.in f.pr.& §.1.in f.C.de bon. auth.iud.poſſ.l.prætor ait.4.§ ſed ſi ſervus 3.verſ.ſed ſi inſcio ff.de edend.N.124.c.2.verſ.ſi autem datum* at juramentum calumniæ

omni

omni Iure expoſcitur *l. iuſiurandum 34. §. qui iuſiur. 4. l. ſi non fuerit 37. ff. de iureiur. d. l. delata. 9. C. eod. d. l. cum de indebito. 25. §. 3. ff. de probat. l. Marcellus. 11. §. 1. ff. de act. rer. amot. §. fin. verſ. ſi hæres. l. de fideicommiſſ. hæred.*

58. Poſtquam ergò probatum fuerit, aliquid in deſcriptione omiſſum eſſe, vel dolo occultatum, (quam ob cauſam olim detractio Falcidiæ in re celatâ tantùm fuit prohibita *l. reſcriptum 6. ff. de his quib. ut ind. l. Paulus 48. ff. ad SC. Treb.*) duplum eius reſtituere hæres jubetur, vel hæreditatis quantitati computare *l. fin. §. licentia 10. verſ. illo videlicet C. de Iur. delib.* Quomodo futurum eſt, ut qui rem dignam 100. ſubtraxerit, 200. cogatur refundere, atque ita 100. illis hæreditatem auctiorem reddere, *Hillig. in D. E. lib. 7. c. 3. lit. o.* Eaque ſpecialis pœna manifeſtè declarat, totum Inventarium ob omiſſionem alicuius rei non omninò vires perdere. *Treutl. p. 2. diſp. 12. theſ. 8. lit. f. in fin. ibique Bacch. p. 742. Vigl Zvich in §. extraneus. 5. in fin. I. de hær. qual. & diff. Sich. in l. fin. §. 2. n. 9. C. de iur. del.* ubi reprobat opinionem Baldi, licet ad terrendos hæredes doloſos utilem, diſtinguentis an res aliqua ignoranter & ſic bonâ fide omiſſa ſit, an verò per dolum; & hoc caſu Inventarium annullari ſtatuentis, non illo *per l. quamvis 32. ff. de condit. & demonſt. Diſſ. Fach. 4. cont. 37. & 13. contr. 55. Hænon. diſp. 10. theſ. 9.* Aliter *gl. in N. 1. c. 2. in verb. non forte* quam ſequitur *Schneid. in §. extraneus 5. n. 16. I. de hær. qual. & diff. Sich. in l. fin. §. licentia 10. n. 7. C. d. t.* Iure tamen Wurtembergico, ſi quid hæres doloſè amoverit vel amovendum curaverit, tenetur univerſa legata præſtare & omne æs alienum exſolvere Fürſtl. Würtemb. Landr. *p. 3. tit. 21. §.* vnd da ein Erb. cujus hâc in parte à Iure Civili diſcrepantiam annotavit *Dn. Præceptor Bocer. Claſ. 3. diſp. 11. theſ. 68.*

59. IV. Hæres in concurſu Creditorum Iura ſua & actiones tam perſonales quã reales ſalvas & integras retinet *l. fin. §. in computatione 9. verſ. ſi verò & ipſe C. de Iur. delib.* ubi quod de temporũ prærogativâ dicitur, de præcedentiâ hypothecarum accipiendum eſt, cum privilegiariæ actiones non ex tempore

ſed causâ æſtimentur *l. privilegia 32. ff. de reb. auth. Iud. poſſ.* Inventario non conſcripto obligationes & actiones confunduntur, ut aliàs ſemper *l. quæ dotis 33 verſ. quoniam. ff. ſolut. matr. l. ſicut 75. l. Stichum 95. §. aditio 2. ff. de ſolut. l. Granius 71. pr. verſ. tamen ff. de fideiuſſ l. 2. §. cum quis 18 ff. de hæred. vend. l. ut debitum 5. C. de hær. act. l. debitori 7. C. de pact. l. licet. 14. C ad L. Falcid*

60. Idem juris eſt in hærede debitore, ut nimirum debitum ab ipſo in bonis defuncti numeretur *l. ſi e 41. §. ſi is qui 2. verſ. & cum debitor ff. de evict. l. 1. §. ſi debitor 18. ff. ad L. Falc. Mater. in Colleg. Argent. tit de acqui. hær. theſ. 34. n. 3.* ne alioquin inventarii confectio in fraudem reliquorum Creditorum vergat, quibus hærede repudiante vel abſque Inventatio adeunte debiti perſecutio non adimeretur. Beneficia quippe in alterius injuriam porrigi non debēt *l. nec avus. 4. C. de eman. liber. l. authoritatem 3. C. unde vi. l. ex facto 43. pr. verſ. etenim ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. 2. §. merito 10. ff. ne quid in loc. pup. l. Paulus 8. pr. verſ. Prætor. ff. de ſtip. Prætor. c. quamvis 8. in fin. X. de reſcript. in 6.* Atque ita, ut *ex d. l. 41. §. 2. ff. de evict. l. qui fundum 87. §. ſi quis hæredem. 2. ff. ad L. Falc. l in imponenda 6. l. irritum 8. C. eod. tit.* apparet, non tam lucrum ſentit hæres ex Inventario, quam eo ipſo damnum avertit.

61. Quod verò diximus ſalvas relinqui actiones hæredi, de illis ſaltē intelligi debet, quas alio hærede exiſtente movere potuiſſet. Vnde excipiendas eſſe conſtat omnes ex delicto deſcendētes *l. pupillum 111. §. 1. ff. de R. I. l. 1. ff. de priv. delict. §. 1. I. de perp. & temp. act.* niſi lis cum defuncto conteſtata ſit *l. omnes actiones 139. l. pœnalia 164. ff. de R. I. l. in hæredem 5. pr. ff. de calumn. l. quòd diximus 16. in fin. ff. quod met. cauſ.*

62. An etiam duplæ ſtipulationi, evictionis nomine à defuncto præſtitæ, eximetur ſimplum tanquam pœna? Affirmativam ſuadet *l. cum emptor. 48. ff. ad L. Falc.* Si tamen evicta res ſit ante aditionem, quia eo caſu lucrum, ex commiſſa ſtipulatione ortum, fuit ſtipulantis patrimonio incorporatum, ſive, ut loquntur, in eo radicatum, & exinde lucri nomen amittit, damnoque accenſetur *gl. in l. 1. §. ſi quis propter 9. in verb.*

*reſti-*

*reſtitutionem ff. de itin. act. priv. fac. l. 2. § damnum 11. ff. ne quid in loc. pub.* aliud dicendum exiſtimamus *cum Sich. in l. fin. § in computatione 9. verſ. ſi verò n. 6. circ. fin. C. de iur. del.* Diſſ. *Fach 6. contr. 32.*

63. Sed controverſum eſt: Vtrum hæres, per fideicommiſſum alteri hereditatem reſtituere gravatus, non confecto Inventario actiones adverſus defunctum ſibi competentes amittat, ita ut deducere debitum nequeat? Et placet nobis diſtinctio *Fach. 6. contr. 33.* inter actiones perſonales & reales. Cum enim hæ nec Veteri Iure confuſæ fuerint *l. debitor. 59. ff. ad SC. Treb.* quia confuſio perſonarum non mutat cauſam rerum *l. cum quis 38. § ult. verſ. quamvis ff. de ſolut.* conſequenter adhuc eas ſalvas manere oportet *arg. vulg. l. ſancimus. 29. verſ. quod enim C. de teſtam. l. præcipimus 32. in fin. C. de Appell.* Ad *l. cohæredi 41. §. quod ſi 3. verſ. nec fideicommiſſo. ff. de vulg. & pup. ſubſt. iunct. l. filiusfam. 114. §. apud Marcellum. 3. in fin. ff. de leg. 1.* Reſp. *ex l. Papinianus 20. in fin. pr. ff. de min. l. Titio 71. § 1. in fin. ff. de condit. & dem.* Licet enim debiti deductio vel petitio intercidat, nihilominus id ſolum reſtituere tenebitur, quod fuit in hæreditate.

64. Elegans non minus quam utilis hîc annecti poteſt quæſtio (in quâ prolixè ſe involvit *Sich. in d. § 9. verſ. ſi verò is n. 8. uſque ad 22.*) Si pater rem quandam vendiderit ex bonis filiifamilias adventitiis, in quibus uſumfructum tantùm, non alienandi poteſtatem, habet, *l. cum oportet 6. pr. C. de bon. quæ lib.* ita ut & filio nullâ temporis præſcriptione obſtante vindicatio concedatur. *l. 1. in f. C. de bon. mater.* utrum filius poſtea ei ſuccedens iſtud jus ſuum ſalvum retineat? dubium movet *l. vindicantem 17. ff. de evict. & l. poſt mortem 25. ubi gl. in verb. factum ſuum ff. de adopt. iunct. l. nemo. 54. & l. hæredem 59. ff. de* R. I. & fortiùs *l. ſi controverſia 9. verſ. ſin autem l. cum ſucceſſores 23. pr. C. de evict. iunct. l. invitus 156. §. 1. ff. de R. I. c. qui ad agendum 71. X. eod.* inprimis verò *l. filium 31. ff. de liber. cauſ. l. ſive poſſeſſio 14. C. d. t. l. cum à matre 14. C. de R. V.* Vnde planè perſuaſum nobis eſt, filium, ſi hæreditas damnoſa non ſit, *arg. l. ex quâ perſonâ 149. ff. de R. I.* exceptione repelli poſſe; ſin minus, ut à damno immunis ſervetur, venditam rem jure revocari: *Goth. in not. ad Schneid.*

*in §.extraneis 5.lit.m.I de hær qual.& diff.* Quod ſi filius, alio univerſali hærede relicto, in re ſingulari inſtitutus ſit, (quòd fieri poſſe docet *Dn. Rümel. exerc. 9. theſ. 8. & p. 2. ff. diſp. 2. theſ. 15. lit. e.*) retractare eum venditionem poſſe exiſtimat *Sich. d. loc. n. 17.* quia habetur loco legatarii *l. quoties 13. C. de hær. inſt.* proindeq; actionibus hæreditariis non obſtringirur *l. ult. C. de hæred. act.* At hæc ipſa ratio efficit, ut fruſtrà de hoc quæri putemus, cum nec ad Inventarii confectionem teneatur, ut dictum *ſup. theſ. 18. in f.* Pari itaque modo diſtinguendum erit in quolibet hærede, rem ſuam à defuncto, cui ſuccedit, venditam vindicare volente *l. Seia 73. ff. de evict. l. 1. §. 1. ff. de exc. rei vend. l. venditrici 3. C. de reb. al. non alien.*

65. V. Damnum ex interitu rerum hæreditariarum ad hæredem non ſpectat *l. fin. §. & ſi præfatam 4. ibi, ſine periculo habeant C. de iur. delib. Nov. 1. c. 2. §. 1. ibi, homines excepimus ex damno Fach. 6. contr. 20.* Quamvis enim in legato quantitatis *l. ſi pecunia 12. ff. de leg. 2.* & generis *l. incendium 11. C. ſi certum petatur* periculum ſit hæredis *l. in ratione 30. §. rurſus 2. ff. ad L. Falc.* hoc tamen caſu, quia debitor eſt quantitatis, reſpectu certæ ſpeciei, nempè rerum hæreditariarum *d. §. 4. ibi, in quantum res ſubſtantiæ & d. §. 1. ibi, uſque ad ſubſtantiæ relictæ menſuram & §. 2. ibi, nihil de prpprio damnificentur*, meritò aliud dicendum eſt per *l. planè 34. §. ſed hoc ita. 4. l. ſed ſi certos. 51. l. ſi ſervus 108. §. qui quinque 10. ff. de leg. 1. Hœnon. diſp. 10. theſ. 8.* Diſſ. *Fach. ſibi contrarius lib. 12. c. 75.*

66. VI. Hæres factas impenſas deducere poteſt *l. fin. §. in computatione. 9. C. de Iur. delib.* ſive in funus erogârit, *arg. l. 2. §. quod ſi funere 17. ff. de hæred. vel act. vend.* quia hæ omne æs alienum præcedunt *l. impenſæ 45. ff. de relig. & ſumpt. fun.* ex ratione *l. ſunt perſonæ 43. ff. eod.* ſive in curationem ægroti *arg. l. in reſtituenda. 4. C. de petit. hær. l. legatum. 3. C. de relig. & ſumpt. fun. vid. Berlich. p. 1. concl. pract. 44. n. 36.* ſive in quaſcunque cauſas hæreditarias, puta teſtamenti inſinuationem & publicationem, Inventarii confectionem, rerum hæreditariarum venditionem, ſubhaſtationem &c. pro modo boni patrisfamilias legitimos & probabiles ſumptus expenderit *arg. l.*

*inter quos.39.§.fin.&l.ſeq.ff.de damn.infect.l.&ſi quis 14.§.hac actio 6.verſ.quid ergo ff.de relig.& ſumpt.fun.l.qui ſub conditione.111.ff.de condit.& dem. Sich. in d.§.9. n.3.& ſeq.*

67. Sed dubio non caret: An & impenſæ litis contra prætendentem ſe hæredem, cum hæres non eſſet, factæ inventarii beneficio deducantur? Quod rectè affir. *Fach. 6. contr.29. Sich. in d.§.9.n.5. Obrecht.diſp. 20. theſ. 605.* quia hæreditaria cauſa agitur, cum hæreditas defenditur adverſus eos, qui eam injuſtè vindicare conantur, & lite motâ voluntatem defuncti evertere: tùm quia aliàs, ſi hæreditas opulenta non eſſet, periculum & damnum immineret hæredi, contra *l.fin. §. & ſi præfatam. 4. C.de iur.dib. Nov.1.c.2.§.1.* quod tamen abeſſe debet, perinde ac ſi nunquam adiiſſet *Obrecht.d.loc. theſ.600.* Diſſ. *Treutl.p.2.diſp.12.theſ.9.lit.d.& ibid.Bacch.*

68. VII. Non poſſunt creditores vel legatarii, donec Inventarii conficiendi tempus labitur, judicialiter vel extrajudicialiter hæredem convenire *l.fin.§. donec. 11. ibi, vel inquietare vel ad iudiciũ vocare C.de Iur. delib.* quia incertum eſt, utrum aditurus ſit nec ne per *ſup. dict theſ.32.* adeoque ante aditionem nondum ſit quem conveniant *arg.l.ſi in diem.46.ff.de con.& dem.l.ut debitum 5. C.de hæred.act.* & ſi maximè aditio præſupponatur, exceptio tamen dilatoria hæredi proderit, ne multis occupationibus diſtrictus, dum debitâ fide & diligentiâ inventarium perficit, moleſtiam ullam ſentiat.

69. Adeò autem ab interpellatione immunis eſt, ut nec rei vindicatio contra eum concedi debeat *Fach. 6. contr.27.* Cum enim hæc non niſi contra poſsidentem inſtituatur, itemque liti ſe offerentem, vel dolo malo poſſidere deſinentem *l ſi is qui 7. l. officium. 9. l.is qui ſe 25. l.fin autem 27.pr.& §.ſed & is.3. ff.de rei vind. l. actionum 25.pr. verſ.in rem ff. de O. & A. §.1.verſ. veluti I. de act.* hæreditas autem jacens à nemine poſſideatur *l.1.§. Scævola.15.ff.ſi is qui teſt. liber.* neceſſariò differenda eſt petitio. Veruntamen inter has moras nullum ex temporis lapſu præjudicium creditoribus generatur, nulla currit præſcriptio *d.§.11. in fin.* ex ratione *l.1.in fin.C. de annal. except.*

70. Hic non convenienter quæritur: An & etiam hæ-

res, quemadmodum ipſe conveniri nequit, ita alios interea convenire prohibeatur? quod probabilius videtur *arg. l. ait Prætor. 7. §. quid ſit autem. 2. verſ. eſt enim. ff. de iur. de lib. iunct. l. fin. §. donec. 11. ibi, pro deliberatione C. eod.* niſi Iudicis arbitrium acceſſerit *arg. d. l. 7. §. fin. iunct. l 1. §. 2. & ſeq. ff. de feriis. l. Carbonianum 3. §. duæ autem 5. verſ. hoc autem ff. de Carb. edict. l. in ratione 30. §. tametſi 7. in fin. ff. ad L. Falc. l. nulla 25. ff. de legib. l. quod favore 6. C. eod. l. plures 19. in fin. C. de fid. inſtrum. l. generaliter 5. §. 1. in f. C. de ſecund. nupt. c. quod ob gratiā 61. X. de R. I. in 6.*

71. VIII. Hæres poteſt creditoribus vel legatariis primò venientibus & ſolutionem urgentibus ſolvere, & ſic vel ipſarum rerum in ſolutum datione vel pecuniæ ex venditione forſitā redactæ numeratione liberari; ſique reliquum nihil manſerit, tardius venientes repellere *l. fin. §. & ſi præfatam 4. verſ. & eis & §. ſin verò 6. C. de iur. delib.* quod & hæredis metum omnē aufert, & creditorum ac legatariorum diligentiam excitat *Obrecht. diſp. 20. theſ. 578.* Quo caſu creditoribus hiſce nulla (ut aliàs ſolet *l. 2. C. de hær. vel act. vend.*) vel adverſus ipſum hæredem vel adverſus emtorem (quia ſic indirectè hæres evictionis nomine inquietaretur *l. nō dubitatur 6. C. de evict. fac. l. ſed etſi 25. §. item ſi rem 17. verſ. & puto ff. de hæred. pet.* vel emtor ſub authoritate legis venditionem permittentis deciperetur *contr. l. 1. in fin. C. de his qui ven. æt. imp.*) actio competit. *d. l. fin. §. ſin verò 5. & §. contra ipſum 7. C. de iur. delib.* utcunq; aliàs res tranſeat cum ſuo onere *l. alienatio 67. ff. de contr. empt. l. cum debitor 12. C. de diſtract. pign.* Sunt tamen qui conſultum putant, ut emtor majoris ſecuritatis gratiâ curet ſolutam pecuniam in debita & legata converti, de quo *vid. Meier. in Colleg. Argent. tit. de acquir. hæred. theſ 34. n. 4.*

72. Nihilominus tamen creditores contra legatarios omnimodo *d. §. 5. verſ. licentia* ex ratione, *Proculus 26. in fin. ff. de damn. infect. l. fin. §. ſi qui 2. in fin. C. de codic. l. non debet 41. §. 1. ff. de R. I. fac. l. 1. §. ex quibuſdam 12. ff. ſi cui plus quam per L. Falc. l. ſi univerſæ 15. C. de legat.* & contra alios creditores, qui potiores non ſunt *d. §. 6. verſ. liceat* ex ratione *l. quotiens 98. ff. de R. I. c. qui potior 54. X. eod. in 6. l. 2. in fin. C. qui pot. in pig.* niſi debitum eis offerant

d. §. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0032-0

*d.§.6.in fin.* ex rat. *l.potior.11.§.fin.ff.qui potior in pign. l. prior quidem 5. l. diverſis 8. C.eod.* ſiquidem res hypothecæ obligata & in ſolutum data extet, actionem hypothecariam intentare *d.§.5.ibi, vel hypothecis, & d. §. 6. ibi, vel per hypothecariam* ex rat. *l.ſi fundus 16.§.in vendicatione 3. & l.ſeq.ff.de pign. & hyp.* ſin pretium numeratum vel res conſumta fuerit, aut hypotheca nulla conſtituta, à legatariis quidem condictione indebiti *d.§. 5.ibi, vel indebiti condictionem* ex rat. *l.indebiti 15. & l. hæc condictio 66.ff.de condict.indeb.iunct.l. ſi is cui 71.ff.de furt.* à creditoribus condictione ex lege *d. §. 6. ibi vel per conditionem ex lege* ex rat. *l.unic.ff.de cond.ex leg.* repetere ſolutū poſſunt *Sich.in l.fin.§ in cōputatione 9.n.7.& 8. C. de iur.delib.* Vnde non ineptè colligitur, ſi plures ſint creditores, æquale jus obtinentes, eos quoque admittendos eſſe ad petitionem debiti, & portionis acceptæ pro ratâ communicationem *arg. l.ſi non expedierit 6. §.quid ergo 2.ff.de reb.auth.iud.poſſ.l.verum eſt 63.§.ſi cum tres 5.ff.pro ſoc.* legatarios autem contra legatarios non audiri *arg. l. in eo 33. l.nemo prædo. 126.§.fin. ff.de R.I.*

74. His accenſemus IX. quod licet aliud pro alio invito ſolvi nequeat *l.2.§.1.in f.ff.de R.C.* hæredi tamen integrum ſit, vel pretium ex venditione rerum hæreditariarum redactum ſolvere, vel res ipſas insolutum dare *d.l.fin. §.4.verſ. ſed & ſi & §.6.C. de jur. delib.* ita ut pecuniâ in hæreditate non extante (quod citra inventarii beneficium ſecus foret *l ſi pecunia 12.pr. ff. de leg.1.*) ex proprio patrimonio ſolvere non cogatur, ſed, ſi non inveniatur emtor, res æſtimatæ tradi poſſint creditoribus *arg. l.a Divo Pio 15.§ ſi pignora 3.ff.de re jud. Nov. 4. c.3.* & legatariis *arg.l.non dubium 14.§ ult.ff.de leg.3.* Venditio quoque ad evitandum omne incommodum ſic celebrabitur, ut evictionis periculo non hæres ſed bona hæreditaria ſubiaceant *Fach. 4. contr. 39.* idemque foret ſi emtor in ſe reciperet evictionem *arg. l. ex emto 11. §. fin. Verſ. niſi fortè ff. de act.emt. Sich.in l.fin.§ & ſi præfatam 4.n. 12. C.d.t. Ad.le Obrecht. diſp. 20. theſ.581. & ſeqq.*

74. X. Non prætermittendum, hæredi inventario non conſcripto poſt deliberationem hæreditatem recuſanti neceſſe eſſe res omnes reſtituere creditoribus, aut his qui ad ſucceſſionem vocantur, eosque contra ipſum in litem jurare, id eſt, hæreditariarum rerum quantitatem jurejurando æſtimare poſſe, ſub taxatione ſc. Iudicis *l.fin. §.ſin autem hoc.14.Verſ. quod ſi poſt* ut aliàs fieri conſuevit *l.Videamus 4.§. jurare 2. ff.de in lit. jur.*

75. Coronidis loco quærere placet: An hæres, qui ſimpliciter adivit hæreditatem, nullâ factâ proteſtatione de inventario conficiendo,

ciendo, beneficiis ejuſdem poſtea perfecti fruatur? Et quamvis jure Wurtemb. negativa ſit fundata Fürſtl. Würtemb. Landr. *p.* 3. *tit* 22. §. Wann nun einer jure tamen communi id affirmandum videtur *per l. fin. §. ſin autem dubius* 2. *C. de jur. delib. Fach.* 6. *contr.* 28. ubi ſententiam Angeli contrariam ſufficienter refellit. Diſſ. *Rittersh. in expoſ. Nov. p.* 6. *c.* 8. *n.* 35.

*Ad Nobilem & Præſtantiſſimum*

## Dn. Reſpondentem, amicum & contubernalem ſuum ſuaviſſimum.

*SCHLOSBERGERE decus generis qui attollere aviti*
*Niteris ingenii porrò decore tui.*
*Laudo quod eximiis ſic te virtutibus effers,*
*Et ſuperas ſtudio grande laboris onus.*
*Perge velut pergis, nec tædia longa morare,*
*(Nam ſcio te laudis ſiſtere nolle gradum)*
*Auge doctrinâ mentem, ut ſperata ſequantur*
*Commoda, & eventus Teq; Tuoſq; beet.*

amoris & honoris ergò ſcripſit
Georgius Bernhardus Göler
à Ravenſpurg.

I.

Qvi vigili ſtudio nunc *Inventaria* rerum
Legitimoque modo conficis utilium;
Iſtius *invenies*, HEINRICE, laboris honorem
Præmium, & Aſtreæ munera larga feres.

II.

*Scandere nil renuis per lubrica & aſpera* montis
*Calloſi, excelſam qui ducit Honoris ad* arcem.
*O factum benè! ſic cunctos ſuperare labores*
*Fauſtiter, optatam dabiturq; attingere metam.*

calido calamo
calidiore voto
HEINRICI FREDERI.

*FINIS.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0035-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0036-2

X2615896

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0037-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0038-3

491.
16.
1626.
34

naria

T A.

F E.

viſſimiq; JCC.
iâ Tu-

IO

CDERI

itiſſimis

ſuetis

Eſslingenſis.

urâ corpo-
ſt, lacertos
re tempo-
erum civi-
ongè pul-

,

RUNNIUS.

I.

16.
4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520484-p0039-3